



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De publicis precibus & Litanis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

Salust.

omnibus modis eniti debemus, ne vitam stultam transigamus, veluti pecora, quae natura prona ad veni obedientia finxit: sed virtuti bonisq[ue] op

Sapient. 3.

bus addicti, honorem referamus Deo, atque cum dum proximo: sic fiet, vt honorum laborum gloria sit secuturus fructus: & quoniam delinquentes poena, bene morentibus autem premia debentur, not. glo. pen. in Auth. de interdift. colleg. h. d. l. d.

Malefactoru  
poena.

9. mali & ignavi sane suam malitiam & negligetiam non impune ferent, & quanto plus cuiusque commissum est, tanto plus exigetur ab eo. l. quaedam ff. de poen. & glo. fi. in l. presbyteri. C. de Episc. & c. in die illa quando nos omnes manifestari oportet

Corinth. 2.  
cap. 5.

tribunal Christi, vt referat vnusquisque propriis actibus, quemadmodu id gessit siue bonum siue malum.

Maiores nostri non fuerunt fatui neque dementes, ait Bald. in conf. 392. 1. volum.

Quid autem ne veteres quidem Christiani, & qui iura ciuilia sanxerunt, adeo vel stupidi, vel temerari fuerint, vt nescirent, vel non crederent bonorum operum ex fide emanantium actione salutem esse comparari posse, ex paucis quae subnotata sunt veterum Christianissimorum principum legibus scilicet intelligi potest.

## DE PVBLICIS PRECIBVS SEV LITANIIS ET HORIS CANONICIS.

In sequentibus legibus demonstratur, quae cura Imperatoribus fuerit, vt oratio & reliquae Ecclesiae Catholicae in suo conseruaretur ordine: tum etiam legibus siue canonicas preces, rem nec frivolum, nec nugatum esse.

IVSTINIAN. IMP. IN L. XLI. C.

de Episc. & cleric. &c. §. præterea  
sancimus.

Præterea sancimus, vt omnes clerici per singulas Ecclesias constituti, per se ipsos Psallant nocturna, & matutina, & vespertina, ne ex sola Ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen quidem habentias clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei. Turpe enim est pro ipsis scriptos necessitate ipsis inducta psallere. Si enim multi Laicorum, vt suæ animæ consulant, ad sanctissimas Ecclesias confluentes, studiosi circa psalmodiam ostenduntur, quomodo indecens non fuerit clericos ad id ordinatos, non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos psallere iubemus, & ipsos inquiri à Deo amantissimis pro tempore Episcopis, & duobus presbyteris in singulis Ecclesijs, & ab eo, qui vocatur Archos, & ab Ecclico siue defensore cuiusque sanctissimæ Ecclesiæ, & eos, qui inuenti non fuerint inculpatè in liturgijs perseverantes extra clerum constitui. Nam qui constituerunt, vel fundarunt sanctissimas Ecclesias pro sua salute, & communis reipublicæ, reliquerunt illis substantias, vt per eas debeant sacræ liturgiæ fieri, & ut in illis à ministrantibus pijs clericis Deus colatur.

Clericos psallere debere nocturnas, matutinas et vespertinas horas.

IVSTINIAN. IN AVTH. DE MONACH. & ASCETR. &c. §. si enim puris collat. X.

L 3 Si

Clerici pro salute Reipublice Deo preces offerre debere.

**S**I puris nudisq; manibus, clerus, pro publica preces Deo obtulerint, manifeste, quod & res militaris pulchre se habebit, ciuitates in bono statu erunt. Deo item protio ac beneuolo constituto, quomodo omnia in summa pace & recta legum ratione vigeant? Terra quoque nobis fructum feret, & celerius bona sua edet, beneuolentiam precibus illorum rempublicam in vnum colligentibus, communis hominum figura venerabilior quarentq; quod praestantius est, illorum tatem reueriti, &c.

IDEM IN AVTH. DE ORDINAT. sic. & Episc. &c. §. Illud quoque. Col. X.

Sacerdotes ad orandum pro populo destinati sunt.

**S**I ad orandum pro populo sacerdotenati, indigni diuino ministerio institutur, quomodo pro transgressionibus & peccatis populi Deum propitiare poterunt? §. ad haec iubemus.

Sacerdotes Missae officium & preces in Ecclesia debent alta voce pronunciare, vt à circumstantibus exaudiantur.

Ad haec iubemus omnes Episcopos & byteros non in secreto, sed cum ea voce fidelissimo populo exaudiat diuinam orationem, & precationem, qua fit à sanctissimato, facere, vt inde audientium animam maiorem deuotionem & Dei laudationem benedictione efferatur. Et paulo post in eodem Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio in sancta oblatione dicitur, & alię orationes voce à sanctissimis Episcopis & presbyteris proferantur Domino nostro Iesu Christo nostro cum patre & spiritu sancto &c.

DE LITANIIS, SEU  
PROCESSIONIBVS, SIVE VT

HALOANDER VERTIT, PVBL.  
SVPPPLICATIONIBVS.

**L**itaniae, seu preces & obsecrationes ad Deum,  
quae publicis processionibus à clericis atq; Laicis  
coniunctim stans temporibus fiunt, & etiamnum in  
Catholica Ecclesia in vsu sunt, rem non esse superua-  
caneam, & vt haeretici putant, recens institutum, sed  
vetustissimam, & iam inde à temporibus antiquissi-  
mi petitam, haec, quae sequuntur, legem sententiae ob-  
volutam Legistorum satis ostendunt.

IUSTINIAN. IN AVTH. SED NOVO  
iure C. de Episc. & cleric. &c.

**S**i quis Litaniae concusserit, pro iniuria ver-  
beratus exilio tradatur, vel capite plectatur.  
Laicis autem Litaniae facere interdiximus si-  
ne clericis, quae sine orationibus & cruce fieri  
non debent.

Litaniae cō-  
cutientis poe-  
na capitalis.

IDEM IUST. IN AVTH. DE SANCTIS  
Episcop. &c. §. si quis cum sacra. & §. omnibus  
autem Laicis. Collat. IX.

**S**i quis cum sacra ministeria celebratur, in  
sanctam Ecclesiam ingrediens, Episcopo,  
aut clericis, aut ministris alijs Ecclesiae iniuriā  
inferat, iubemus hunc verbera sustinere, & in  
exilium mitti. Si vero haec sacra ministeria  
conturbauerit, aut celebrari prohibuerit, ca-  
pitaliter puniatur. Hoc ipso & in Litanis,  
in quibus Episcopi aut clerici reperiantur, cu-  
stodiendo, & siquidem iniuriam solam  
fecerit

Litaniā tur-  
bantis vel in-  
iuriam infe-  
rentis poena.

L 4

fecerit is, verberibus, exilioque tradatur. Verò etiam Litaniam concusserit, capitulum periculum sustinebit, & vindicare iubemur non solum ciuiles, sed etiam militares iudices.

Litaniae quomodo celebranda.

Cruz Litanie in reffesse debet.

Omnibus autem Laicis interdicitur Litanias facere sine sanctis Episcopis, & qui sub sunt, reuerendissimis clericis. Qualis n. est Litaniam, in qua sacerdotes non inueniuntur. Solennes orationes faciunt? Sed & ipsas memorandas cruces, cum quibus & in Litaniam ingrediuntur, non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, & si quando opus vocauerit Litanias celebrandas, tunc solum ipsas cruces accipere eos, qui consueuerunt accipere solent, & cum Episcopo & clericis Litanias celebrare: hoc custodientibus sanctissimis locorum Episcopis, aut etiã eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in capitulo presentis nostrae legis virtutem transcendit, aut non vindicauerit, praedictas poenas patietur.

## DE LITANIARUM CAUSIS ET INSTITUTIONE ADMONITIO.

Postquam Litaniarum seu publicarum supplicationum usus alibi per socordiam atque negligentiam, alibi per contemptum, haeretica ex malig-

fectum in desuetudinem abierit, neque inutile, ne-  
 que inuicundum fore arbitratus sum hic loci de il-  
 larum ortu, in institutione atque usu quædam admonet.  
 Cum perinde mater Ecclesia cerneret filios suos  
 propter peccata, præsertim quando defecissent ad hæ-  
 reses, aut alia enormia commississent flagitia, sæpe à  
 Deo grauius puniri, vt vel terræmotus regiones  
 concuterent, ciuitates euerterent, vel famis intolerabi-  
 li inedia homines ad necem usque emaceraret, vel  
 pestis seuitia eos immensa mortalitate tolleret, vel  
 barbarorum arma fidelium in ceruices grassarentur,  
 pæniçio malè afficeretur, patriæ solum vastaretur,  
 tum olim a longè ante millenos annos instituit, vt  
 populus Christianus exhortatus ad pœnitentiam, pec-  
 catis confessis Deo se reconciliarent, ad cuius iram  
 demulcendam cõuenirent, passim, publicisq; precibus  
 ac supplicationibus (quæ apud Græcos et deinceps  
 quoque Litania dictæ sunt) interueniente clero,  
 prægestoq; signo crucis (quemadmodum et diui Im-  
 peratores fieri seriò mandarunt) Dei clementiam  
 inuocarent, vt memor misericordiæ suæ antiquæ iræ  
 flagella à fidelibus auerteret, errata remitteret, idq;  
 benignè præstaret, vt corda illorum mandatis eius  
 dedita, atque omnium aduersitatum sublata formi-  
 dine, tempora diuina protectione porrò essent tran-  
 quilla. In hunc modum penè ante mille trecentos an-  
 nos Christiani qui tum Romæ fuerant, ob victoriam  
 Constantini Magni contra Tyrannum Maxentium,  
 Christiani sanguinis persecutorem acerrimum, sup-  
 plicationes peregerunt, ac totis septem diebus, referen-  
 te Nicephoro, ciuitas Romana celebrem post victo-  
 riam,

Cur institu-  
 ta fuerint  
 Litanæ.

Litaniarum  
 vsus & finis.

Niceph. lib.  
 7. cap. 30.  
 Eccles. hist.

Ll 5 riam,

Celebratio victoriae Constantini. Litaniae factae & pestis in Italia auerfa. Platina in vita Gregorij. Paul. Diaco. Inundatio memorabilis in Italia.

*riam egit consenti. Simul & authorem eius Deo triumphalemq; crucis armaturam, & victoriam Constantinum laudando, honoribus dignis profertur. Sic etiam Mauritij Imperatoris temporibus inundatio ingens Romae orta, sane & pestis perniciosissimam attulisset, sanctissimus vir Cyprianus primus, Pont. max. Supplicationes maioribus litaniis instituit. Scribit Paulus Diaconus eo tempore aquarum diluuium extitisse in finibus Venetiarum, Liguriae, caeterisque Italiae regionibus; quale maius post Noe tempora non fuisse creditum sit. Eius scilicet lacunas possessionum villarumq; et hominum ter & pecudum magnus interitus. Destructa dispersas vias, tantumq; Athesin fluvium excoecavit, ut circa Basilicam sancti Zenonis martyris, intra urbis Veronensis moenia sita est, usq; ad ipsas fenestras aqua pertingeret. Urbs quoque, eiusdemque altera parte subrutos. Quod cum Calend. Novemb. contingerit, tantas veruntamen carruscationes & mitrua tunc fuisse, quanta vix aestivo tempore soleant. In isthac inundatione Tyberim Romae excreuisse, ut aquae eius supra muros Urbis verterent, & maximas in ea regiones occuparent. Populum Tyberinum vna cum multitudine serpentum Draconem mirae magnitudinis per urbem usque ad mare descendisse. Subsecutum grauiorem pestilentiam, tanta clade populum absumens, ut ex inestimabili multitudine vix pauci remanerent. In tanta calamitate diuum Gregorium maiorem, eamq; tum dictam, tum se septiformem, quod totius urbis populus atque*

Inundatio Tyberis.

Litania maior instituta à D. Gregorio.



iustitice in septem partes, Deum exoraturus diu-  
 uisus. In primo namque choro fuisse clericum om-  
 nes: in secundo Abbates cum suis monachis: in ter-  
 tio Abbatisas cum congregationibus suis: In quar-  
 to omnes infantes: in quinto omnes Laicos: in sexto  
 omnes viduas: in septimo omnes mulieres coniuga-  
 tas. Iis autem Christianorum precibus, Deum opti-  
 max. fuisse mitigatum, iram remisisse, plagam ces-  
 sasse. Huiusmodi more supplicandi vsus esse ser-  
 uante Gregorium, circiter annos centum, Mamer-  
 tus Episcopus Viennæ Allobrogum, in Gallia Nar-  
 bonensi, quod terramotus in ea vrbe Ecclesias do-  
 mosq. subuertisset, tum etiam luporum aliarumque  
 bestiarum feritas, toto anno per urbem eiusq. agrum  
 vagantium, homines misere confecisset, & Palati-  
 um regium igne caelesti consumptum fuisset: pius  
 Praesul una cum clero & populo iram Dei placare  
 volens, eas, quæ ante Dominicæ ascensionis festum  
 celebrari solent, Litaniarum instituit. Idem iam an-  
 tea factitatum fuit in Græcia. Cum siquidem tem-  
 poribus Theodosij maioris longior aliquando plu-  
 uialis tempestas extitisset Constantinopoli, & Impe-  
 rator solitos Circenses ludos populi, more recepto gra-  
 tificans exhibuisset: vberiores verò etiam decide-  
 rent imbres, ibi tum egregiam suam erga Deum  
 pietatem declarans, per præcones populo denunciari  
 iubet, conducibilis videlicet esse, vt spectaculo re-  
 pudato, Deum qui presenti calamitate eos liberaret,  
 precibus placarent. Id quod cõfestim est factum Lita-  
 nia instituta est, supplicantes processere, laudibus Dei  
 vexé.

Litania in  
 Gallijs habi-  
 ta contra di-  
 uersas cala-  
 mitates.  
 Ioan. Lazi-  
 ard. caelestin.  
 in sua histo-  
 ria.

Litania ante  
 festum ascen-  
 tionis.

Niceph. lib.  
 13. cap. 3.

Litania Con-  
 stantinopoli  
 sub Theodo-  
 sio aduersus  
 tempestates  
 celebrata.

vexere, atq; vna concors Ecclesia ciuitas tota facta est, & ipse medius hymnus canendis praestitit, & ipse priuato incedens: minime vero cum opinio praestitit. Statim enim caelum aërem turbidum serena commutauit, & frumenti non mediocrem tantam ingens quaedam frugum copia & consecuta est. Rursum contigit sub eodem tempore, quod cum Christianis cum fidelibus Persarum uisissimum intercederet bellum, & in vrbe Constantinopolitana in anxia solitudine ciues essent, & dubitarent cui nam parti victoria arrisua foret. Angeli Dei quibusdam in Bitynia, propter precium certum Constantinopolim petentibus, appa- re, eosq; ibi annunciare iussere, vt illi precantibus modum incumberent, & animum fortem obtinerent ac Deo crederent, victoriam Romanorum fore. Iud in super addentes, indices ipsos inde & victoriae, qui Romanis, hoc est, Christianis, praestitem maxime opem ferant, a Deo missos esse, quos ubi ad aures hominum peruenit, non modo ipsis animum addidit, sed etiam militum firmitatem confirmauit, precibusq; peractis victoriam Christianos redijt, & Persarum in exercitu perierant, ad vnum omnes deleti sunt. Ad hoc eundem tempus, qui apud Persas habiti sunt immortales, mortales omnes esse comperti sunt, ipso a Persis praesumentem Christo, propterea quod plurimos eius praesentes insigni pietate praestantes, acerba morte multauerunt. Adhuc Theodosio imperante (scribit idem Theoprophorus, cui testimonium adiungit & Euagrus) praeruptus ramotus magnus & admirandus extitit, qui praeruptus

Niceph. lib. 14. cap. 21.

Socrat lib. 7. cap. 18.

Litania Constantinopoli contra hostes Christianorum.

Niceph. lib. 14. cap. 46.  
Euagr. lib. 1. cap. 17.

met magnitudine celeritate & temporis diuturni-  
 tate facile superauit. Nam ad menses sex maximè  
 durauit, & non interuallo, sed motu continuo omnia  
 rousit, idq; per orbem ferè vniuersum: adeo vt non  
 solum in vrbe imperante turres in praeceps ierint, &  
 murus varijs in locis ruptus sit: verumetiam circa  
 Chersonesum aedificium id, quod Macrontichos, hoc  
 est longum murum vocant, simul omne conciderit, &  
 innumerabilia vbiq; locorum magnorum operum  
 templo: vniq; aedificia pessum ierint. Terramotus iste  
 Alexandriam quoque attigerat. Antiochia autem  
 impetu vehementiore imminens praecipua quaque  
 spectacula maxime comminuit. Et innumerabiles  
 accidere casus, non terra tantum, verumetiam mari.  
 Alicubi n. terra dehiscens, vicus frequentes absor-  
 buit: alicubi fontes non exigui subito exaruerunt:  
 quibusdam in locis vbertim aqua profluxit, quae ibi  
 antea esse solita non fuerat. Arborea multa vna cum  
 truncis suis radicitus euulsa. Aggeres plurimi dere-  
 pente existentes, in montes ingentes conformati. Ma-  
 re terminos suos transgressum, pisces ingentis magni-  
 tudinis mortuos, veluti funda, eiecit. Insulae plures  
 vna cum incolis suis submersae, hodie quoq; non appa-  
 rent. Naues vndis confertim decedentibus in arida  
 medio mari immobiles consistere visa. Cladem ex eo  
 terramotu plurimū sensere Bithimia, Hellepontus,  
 vtraq; Phrygia & Orientis pars maxima, sicuti dictū  
 est. Inuasit quoq; Occidentis regiones plures. Et cum  
 longo duraret tempore, nō ea que ceperat vehemētia  
 cessari perseverauit: verūm sensim de impetu ali-  
 quid remisit, donec prorsus conquieuit. Clades ea talis  
 fuit.

Terramotus  
 ingens Con-  
 stantinopol.

fuit. Byzantij autem in maximum comestum  
 à ruinis adificiorum sibi timentes, muros reli-  
 runt: & extra urbem in Campo, qui dicitur  
 sunt, unà cum Imperatore Theodosio & patri-  
 Proclo continuis precibus incumbentes, Deum  
 propitiis eis esset, & ab imminente calamitate  
 liberaret, obtestantes. Et cum aliquando ma-  
 grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, &  
 minis per metum eam ex fundamentis ipsius  
 tum iri vererentur, & omnes Litanij & sup-  
 tionibus dediti, collachrymarent, & ex profun-  
 timoq; animo misericordiam diuinam implo-  
 tum miraculam præter opinionem omnium  
 sensum & mentem omnem excedat, subsecun-  
 Subitò namque è medio inspectantibus omni-  
 uina quadam vi puer in acrem sublimis ad coeli  
 usque tractum, ita vt iam non appareret, sub-  
 diuinam vocem, qua Angelis Deum laudantibus  
 re mos est, audiuit: eaq; voce percepta, rursus  
 re per acrem via reuersus descendit, & Episcopus  
 Proclo, ipsiq; Imperatori & multitudini omni-  
 plicationibus operanti, Deumq; hymnis celebrantibus  
 ab Angelis canentibus se verba hæc audientibus  
 nunciauit: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus  
 immortalis, miserere nostri. Quæ ubi Proclus  
 lexit, statim ad eum modum populum scallere  
 & terramotus statim etiam consistit, omninoq; qui-  
 quieuit. Imperator porrò Theodosius, & inter pre-  
 uas admiratione omnium digna Pulcheria, hæc  
 miraculo percussi, constitutione imperiali confirmata  
 vt per orbem omnem diuinus hymnus iste conuen-  
 107

Linatfa Cō-  
 stantinopoli  
 contra terra-  
 motus.

Puer mirificè  
 in aërem sub-  
 latus, indeq;  
 remissus.

Ἦμνος τοῦ Θεοῦ.  
 hoc est, ter-  
 sanctus An-  
 gelorum.  
 Hymn<sup>9</sup> Desi-  
 erinum &  
 num cele-  
 brantium.

decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eñ  
 ceptum, non quolibet tantum die vsurpat, sed etiam  
 simpliciter dicam, cuiuslibet carminis & laudis  
 De initio ante omnia pleno ore pramittit. Puer  
 verborum eorum ministerium executus, statim vita  
 sanctus est, & in magna Ecclesia Constantinopoli,  
 que Pacis nomen obtinebat, conditus. Locus autem  
 quo ille in sublime actus est, postea d' Ἱωαν. ἀδελφῶν,  
 ἡσθ. diuina exaltatio, vocatus est. Hanc de terrā  
 nobis, Litaniam & alijs, quæ simul acciderunt hi-  
 riam ex authore propter sui admirationem longius  
 profecti placuit, cui adhuc vnicam de sanctitate mi-  
 rabilij effectu & virtute, illarum, de quibus nobis  
 sermo est, supplicationum adijciam. Legimus Ania-  
 tum Aureliensem Episcopum Gothis Aureliam ob-  
 sideribus, vna cum suis clericis de muto ipso sanctos  
 sanctosq; omnes inuocando, litanias decantasse. Sa-  
 cerdotum autem vnum ex captiuis, quem ne captiui-  
 tati qui dem iugum a procacitate oris coercere pote-  
 rat, cum sorte in acie vrbi proxima teneretur, vocem  
 audientē, vt ab omnibus audiri posset: cassa (dixisse)  
 per duceris o Aniana: si verbis abigi posse aduersari-  
 uo credit: eadem preces validioribus enim vr-  
 bus nihil profuerunt. His dictis corruit ex animus  
 vrba quicquam est prolocutus. Posthac Barbaris  
 manentibus oppidum, tantam vim aquæ de celo de-  
 cussisse, vt coacti sint dimissa oppugnatione in castra  
 recipere. Sic misericors & iustus Dominus simul  
 orantibus affuit, & orationū virtuti detrahentis  
 scelus. Merito igitur Imperatores nostri  
 quæquam re ipsa experti essent, eiusmodi conuentus  
 pro-

Litania Au-  
 reliæ decan-  
 tata contra  
 Gothos, &  
 quid mira-  
 culi illic acci-  
 derit.

De Liranijs  
 plura vide a-  
 pud Platinā  
 in vita Pela-  
 gij primi,  
 Gregorij 1.  
 Adeodati 1.  
 Stephani 3.  
 &c.

Litaniæ ad  
nerfus cõmu-  
nes a afflictio-  
nes multum  
habent mo-  
menti.

Grauius pec-  
care qui mi-  
nus deuorè  
Litanijs in-  
terfunt.

Plat. in vita  
Stephani ter-  
tij.

Platina que-  
rela de negli-  
gentia Lita-  
niarum.

processiones, preces, supplicationes, Litaniæ, quæ  
quisquam eas appellare uolet, ad Deum à fidei populo  
in primis clero, ex intimo cordis depromptas, ad  
communem afflictionem momenti habere plures  
suis legibus & constitutionibus, ut & deactis  
haberentur, atq; à nemine prorsus violarentur  
natis grauissimis pœnis præceperunt. Si uero  
illum sacerdotem, qui temere de Litania  
cutus fuerat, à Deo tam seuerè animaduertit  
quid pœnæ ijs reseruatum esse putas, qui eas  
rore hæretico perciti, maledicentissima lingua  
dunt, irrident, & penitus tollunt? Neq; uerè  
laturos eos, sanè credendum est, qui, licet  
non condemnant, sed tamen ita celebrent, ut  
presentes intersint, animus eorum longe ab  
interim alia cogitant, vel tractant, vel negotijs  
quibus & alios à presentis negotij studio  
ne auocât. Id quod etiã à Platina (qui sub  
III. Imperatore Friderico III. vixit)  
re cõquestum est. Cùm namq; in vita Step-  
quasdam Litaniæ, in quibus & pontifex  
omnes, qui processioni intererant, nudis pedibus  
serint, describit, simul in hanc querelam promittit  
Nunc uerò adeò refrigit pietas, inquit, & impudenter  
quod, non dico nudis pedibus, sed caligati, & impudenter  
nati uix supplicare dignantur. Non sicut sancti Patres  
dum, vel dum sacrificatur, ut illi sancti Patres  
rident, & quidem impudenter. De his etiam  
quos purpura insigniores facit. Nam hinc  
nunt, id enim seruile videtur, sed rivos &  
las ad risum concitandum inter se narrant

...a quo quis dicacior est et petulantior, eo maior  
 ... in tam corruptis moribus laudem meretur. Se-  
 ... viros reformidat hic noster clerus.  
 ... Quia in tanta licentia malit vivere, quam  
 ... bene monenti, aut cogenti obtemperare, et ob eam rem  
 ... Christiana religio quotidie in peius labitur. Hæc ille.  
 ... Qui mores cum nostratibus pene ad unguem conue-  
 ... niant, ubi enim hodie Latinas videre licet, in quibus  
 ... vel clerus vel populus officium faciat per omnia. An  
 ... hæc omnia etiã annuim sic fieri videmus quæ Pla-  
 ... tina deplorat? An verò non ab illius etate ad nostra  
 ... hæc tempora religio in peius lapsa est? Sed quis speret  
 ... hæc et alia mala non corriguntur, eandẽ etiam  
 ... nunc tam citò restitutam iri? Faxit Deus, vt tandem  
 ... oculos aperiamus, et eò studia nostra dirigamus, vt  
 ... religio Catholica rectè colatur, et quid futurum sit  
 ... accuratius prospiciamus.

Clericos ple-  
 rosq; licetio-  
 se vivere mal-  
 le, quàm benè  
 monentibus  
 obtemperare.

DE IEIUNIO QVA-  
 DRAGESIMÆ.

VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS  
 Imp. in l. Quadrage. C. de feriis.

Quadrage-  
 ma tempore  
 in criminali-  
 bus non co-  
 gnoscendum.

Quadrage-  
 ma tempore  
 in criminali-  
 bus non co-  
 gnoscendum.

Quadrage-  
 ma tempore  
 in criminali-  
 bus non co-  
 gnoscendum.

Quadrage-  
 ma tempore  
 in criminali-  
 bus non co-  
 gnoscendum.

HONORIVS ET THEODOS.  
 Imp. in l. pen. C. d. tit.

Latronibus  
 nunquam  
 parci.

Latronibus  
 nunquam  
 parci.

Latronibus  
 nunquam  
 parci.

Latronibus  
 nunquam  
 parci.

M m nullum